Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26978
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Et immundas cogitationes. Et Confortamini in dno.
Que est xci. dom. p pent. s. Lucam In illo t. Dixit d. i. d. suis.
Ecce dedi uob potestatem calcandi sup serpentes & scorpio
nes. & sup omnem uirtutem inimici. & nichil uob nocebit.
Ueruntam in hoc nolite gaudere. quia spe uob subiciuntur.
gaudete autem qd nomina ura scripta s. in celis. Preceptum
Fris. Condelector legi di ne carnis. Ad Romanos.
secdm interiorem hominem. uideo autem aliam legem in mbris meis
repugnantem legi mtis mee. & capituantem me in lege pec
cati que est in mbris meis. Infelix ego homo. quis me libera
bit de corpore mortis hui. Gra di. p ihm. xm dnm nrm.
In illo t. Venit ad illam leprosus deprecans eum. s. Marcum.
& genuflexo dixit. Si uis potes me mundare. Ihc autem mi
seritus ei extendit manum suam. & tangens eum ait illi. Volo.
mundare. Et cum dixisset. statim discessit ab eo lepra & mun
datus est. P tribulatione Et Miserere nri ds omni
In Sabbo. i. dom. xlme. s. Lucam In illo tpr.
Dixit d. i. d. s. parabola hanc. qm oportet semp orare. &
non deficere dicens. Iudex quida erat in quada ci
uitate. qdm n timebat. & hominem n reuerebatur. Vidua
autem quida erat in ciuitate illa. & ueniebat ad eum dicens.
Vindica me de aduersario meo. Et nolebat p multum tmp.
Post hec autem dixit intra se. Et si dm n timeo. nec hominem re
ueror. tamen quia molesta est mihi hec uidua. uindicabo illam. ne
in nouissimo ueniens suggillet me. Ait autem dns. audite
qd iudex iniquitatis dixit. Ds autem n faciet uindictam